



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

Ivi. Ad debilitationem & languorem accipitris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad debilitationem & langorem accipitris.

ACCIPITRI debilitato & languenti auxiliatur hoc medicamentum, quod habet croci, rosarū aridarum, singulorum semunciā ex sanguine leporino feruente: conterito illud, accipitri præbeto ex carne suilla frigida, & ad sanitatem perduces. Vel croci scrupulum, vinum vetus, in vnum contundito: potanda præbeto accipitri, eiusque cibatus hircinam carnem dato, & conualefcet.

Ad nervos laesos.

ACCIPITREM ex nervis laborare cognosces, cum ad aucupandum emissus aucupari recusat, & aspectū auertit ab ipsa præda. hoc fit, vel cum arbori implicatus fuit, vel ad saxū genua offendit, vel armos læsit. Huic succurrit hoc remedium, quod recipit axungiaë bubulæ, ceruinæ medullæ, ceræ, singulorum semunciam: in ollam novam hæc indito: cochlearum, olei Aphirici fescunciā adijcito, atque omnia cum spongia & vino contundito: genua & calcanea inungito, & sanitatē recipiet. Aliqui axungiam suillam, tum axungiam pulli columbini, succum maluæ & betæ in ollam adijciunt, contundunt, genua, calcanea per